



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

mali euanturum, & est irregularis. est contra
Castrol. 2. c. 14. de lege pœn. Vide Couar. in clem. si
furiosus. & Azorium l. c. q. 6. 7.

*Ecclesia, vide Alienatio, Conseruatio, Fe-
stum, Gabella, Sacra.*

1 **E**cclesiæ nomine non venit Monaste-
rium, nisi in materia fauorabili, in qua
venit etiam Hospitale factum auctoritate E-
piscopi: & venit etiam nomine Monasterij
Ecclesiæ sæcularis.

*Vide Naua. c. 25. nu. 17. Tol. l. 1. c. 18. nu. 7. In-
noc. apud Sylu. Hospitale nu. 4. Monasterium, &
quemlibet pium locum Ecclesiæ nomine cõ-
prehendi putat.

2 Ecclesiæ dirutæ materiam non posse con-
uertere in vsus profanos sine Papæ licentia, a-
iunt quidam: ego Episcopi puto sufficere.

*Vide Syl. vers. Ecclesia. 3. num. 7. & iura ab
eo citata.

3 Licet in Ecclesia in necessitate, & come-
dere, & reponere suppellectilem, & dormire.
Quod si absit necessitas, veniale peccatū est.

*Reponere? *Fum. Immunitas. 5.*

4 Non licet in Ecclesia sæcularia negotia,
aut iudicia, nec publicæ conuocationes, nisi
causa pietatis: licet autem Ecclesiasticæ cau-
sæ, & honestæ repræsentationes, & dare gra-
dum Doctoratus.

**Fum. l. c. 2. 4. Dare? ibid. 3.*

- 5 Ecclesiæ non potest nocere Prælati in quæsitis, sed in quærendis.
- 6 Ecclesiæ œconomus in temporalibus non potest esse laicus. *Innocent. Hostien. Ioann. And. Archid. & alij apud Abb. cap. decernimus, de Indic. Aretin. Anto. Burgos cap. eod. Syl. vers. œconomus.*
- 7 Ecclesiæ rem posse Rectorem obligare pro illius, vel sua necessitate, tenerique successori, probabiliter quidam dicunt: itemque posse vendere rem Ecclesiæ huius debitis solvendis. Nec hæc putanda prohibita alienatio, cum sit in euentem eius vtilitatem dummodo fiat cum debita solemnitate. *Conc. Trid. sess. 25. c. 11. Nauar. c. 27. nu. 149. & consil. 4. de rebus Eccles. non alien. Syl. verb. alien. q. 16.*
- 8 Patronum Ecclesiæ facit eius ædificatio, vel dotatio.
- 9 Ad reparationem Ecclesiæ non tenentur laici. *Ex glo. c. Quattuor 12. q. 2.*
*Vide Syl. Ecclesia 2. nu. 6.
- 10 Ecclesia, quam minantē ruinam populus non vult reparare, diruenda, *Ex Congr. Concil.*
- 11 Priuilegia omnia concessa Reip. censentur concessa Ecclesijs.
- 12 Contra Ecclesiasticam libertatem facit qui violat concessa Ecclesiæ vniuersali: non autem si tantum concessa particulari Ecclesiæ violet. *Nau. c. 27. nu. 119. Syl. vers. Immunitas 2. nu. 2. Armil. 16. nu. 26.*

13 Polluitur Ecclesia, sic, vt indigeat reconciliatione per nouam benedictionem.

Primò effusione sanguinis per iniuriam, quæ sit peccatum mortale, factam homini etiam mortuo, in Ecclesia ipsa existenti, (secus autem est si supra eam sit, aut factus, aut extra portam :) sufficit verò ibi esse inflictum vulnus, etiam si sanguis extra Ecclesiam effluat, aut ille sine sanguinis effusione intereat. Non polluitur autem per sententiam sanguinis ibi latam, aut si locus non sit sacer per benedictionem, etiam si in eo soleat Missa celebrari, vt solet in Oratorio per Episcopum designato. Polluitur verò Ecclesia suspensio in ea per Iudicem reo, non autem si percutiatur, v. g. Reip. perturbator, qui aliter capi non potest: nec, secundum quosdam, si quis alienares percutiat, vnde multus sanguis effluit: quia non est grauis percussio.

* Vide Syl. Consecratio 2. numer. 2. Tol. l. 5. c. 8. Nau. c. 27. nu. 256. Suarez t. 3. d. 81. sect. 4. multa, Azor. l. 10. c. 26. a. q. 13.

Secus } Nau. l. c. } Sufficit } Saurez l. c. } Non
polluitur } It. nu. 99.

Casus Ecclesiæ pollutæ non habent locum in Oratorijs, sed in locis sacris, templis ve cōsecratis, aut benedictis. Saurez l. c. col. 8. iura. n. loquuntur de templis benedictis, aut cōsecratis tantum, & de cæmeterijs. c. Ecclesiam. c. consulisti. c. si Ecclesia de consecrat. eccles. vel alt.

Polluitur *Sua. l. c. col. 1. § Si quis* *V. ff. loco cit.*
 Polluitur Ecclesia, si infans in matris mortua, ac sepulta vtero moriatur. *Suarez. l. c. col. 7.* & si martyr occidatur, non quia sanguis eius vulneribus fluit, sed sacrilego homicidae facinore. *ib. col. 1. Sayrus. l. 5. c. 16. num. 14. Vinal. de interdicto nu. 65.*

Si percussio mortifera non sit, etiam si sit magna effusio sanguinis, non polluitur. *Sa. l. c. 14.* Secundo effusione voluntaria seminis viri, vel foeminae, si fiat cum peccato mortali. ** Sua. l. c. (Et fiat manifesta) Nauar. c. 16. nu. 32. & c. 27. num. 257.*

Per copulam conjugalem templa pollui ait *Sot. d. 32. art. 3.* eamque esse. m. p. ex genere suo in templis, non aut in proximo loco, ut est campanile, *Glos. in c. ecclesijs de consec. d. 1. Sot. idem d. 13.* pollui negat. *Couar. epit. 2. p. c. 7. §. 2.* qui primam sententiam sequitur, hanc recipi posse ait, cum coniuges diu in templo obsidentur: idem *Syl. Debit. 3. Maior. Castro, & alij:* at *Suarez. l. c.* dicit, licere copulam in templis, ad vitandam incontinentiam, quando alibi id facere non licet, neque illa tunc polui; sed si vitari incontinentia alia via; vel alibi haberi copula possit, p. m. esse copulam, polluique templa docet, de peccato. *Nau. c. 16. nu. 32. negat: vide Sayr. l. c. nu. 19.*

15 Tertio, sepulto in ea excommunicato denunciato.

*Cap.

*Cap. consulisti de consecr. ecclesie, Sot. d. 13. q.

2. art. 3.

16 Quartò, sepulto in ea infideli, & tunc radendi etiam parietes, nisi Ecclesia esset consecrata.

*Cap. Ecclesiam 1. & 2. de consecr. d. 1.

17 Quintò, si est per Episcopum denunciatum excommunicatum consecrata, vel benedicta. Quod si benedixit cæmeterium aut altare consecrauit, nec in hoc celebrandum nec in illo ante reconciliationem sepeliendum.

*Sylu. Consecratio 2. numer. 6. Vide Sayr. l. c. numer. 27.

18 Sextò, si maior pars parietum simul corruat.

*Vide Syl. l. c. 4. Suar. l. c. Parietum autem diruptione, aut constructione cæmeterium non violatur. Syl. l. c. nu. 6.

19 Nota tamen, quòd in prædictis oportet factum esse notorium, per rei euidentiam publicam, aut confessionem iuridicam rei. Itaque si pauci sciunt, nec rem diuulgant, non est opus reconciliatione: nec etiam si quis bona fide in ea celebrauit; id enim sufficit pro reconciliatione: imò etiam si mala fide celebrasset; etsi quidam negent, dicentes posse Episcopum (vel eius absentis Vicarium) si est impeditus, dare licentiam celebrandi, donec ipse reconciliet. At ego, vt dixi, satis magnam puto cum alijs esse reconciliationem, seu be-

H 4

nedi-

nedictionem, ipsam celebrationem.

* *Naua. c. 16. l. c. Tol. l. 5. c. 8. nu. 11. Suar. l. c. vers. Secundo. Et si* } *Suar. l. 1. c. ex D. Tho.*

20 Si Ecclesia erat consecrata, reconcilianda est per Episcopum, aqua per Episcopum benedicta, scilicet cum sale, vino, & cinere: Vel Presbyterum de Episcopi cōmissione. Quod si non erat consecrata, reconciliare potest Presbyter aqua per ipsum benedicta simpliciter, scilicet sine cinere, & vino. Credendum autem esse consecratam, si vnus testis affirmet, aut extent consecrationis signa.

Syl. l. c. nu. 2. Nau. c. 27. nu. 259. & l. 3. conf. 1. de consecrat. ecclesie.

Presbyterum } Sacerdos simplex secundū *Innoc. & Syl. l. c. non potest sine Papæ venia.*

Quod si } *Nau. & Suar. l. c. c. aqua de consec. eccl.*
 } *Credendum Syl. l. c. 3.*

21 Ante reconciliationem Ecclesiæ in ea celebrans, nec suspensus fit, nec irregularis.

* *Suar. l. c. Nau. c. 25. nu. 83. licet quidam putent, esse suspensum. vide Syl. l. c. nu. 9. consecratio. num. 10.*

22 Polluta Ecclesia, polluitur & cæmeteriū coniunctum, non autem contra: & illa reconciliata, reconciliatum est.

* *c. vnico de consecr. eccl. l. 6. Nau. Sau. l. c.*

23 Polluto cæmeterio, non polluitur ei alterum contiguū. Quod si pollutio fiat in porta vtriq; cōmuni, illud polluitur, cui pars illa vicini-

vicinior. Quòd si in medio est, illud polluitur
cuius p̄cipuè causa porta est facta. In dubio
autem cuius causa, quidã dicūt vtrunq; pol-
lui: ego neutrum dicerem: si. n. cùm certum
est alterum esse pollutum, alterum non pol-
luitur, quanto minus cùm dubium est?

*Vide Syl. Cæmeterium, Suar. l. c.

Addit. 3. De pollutione eccl. præter Suar. l. c. Azor. l.
10. c. 26. à q. 13, Sayrus l. 5. c. 16. de censuris. Vinal.
de interdicto à nu. 53.

P. m. est in ecclesia polluta celebrare. Naua.
Syl. Suar. l. c. ex communi.

Episcopus potest concedere, vt in polluta
Ecclesia celebretur; quia potest permittere ce-
lebrationem in loco non benedicto. Suarez l.
c. ex D. Tho.

Ex occisione cum moderamine inculpata
tutelæ non polluitur. Viet. nu. 99.

Res Ecclesiæ malè alienatæ recuperandæ
sunt. Gulie. Redoanus de rerum ecclesiæ alie. q. 77.
nu. 3. ex c. August. 12. q. 2.

Ordinarius secundū Archid. nō potest cō-
cedere, vt partes altaris, vel Ecclesiæ collapsæ
ad vsus profanos vendantur. Nau. de spol. cler.
§. 18. nu. 11.

Ecclesiæ immunitas, vide Ecclesia.

GAudet immunitate etiam Pallatiū Epi-
scopi, & Hospitale, Oratoriūq; Episcopi
auctoritate fundata, & cæmeteriū & Monaste-
riū, & Corpus Christi, cū alio, quā ad carcerē

H s. porta-